Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

magnitudo signorum. & quia semper dona spiritalia si
meritis media sit uiliora fiunt. adiungit auaritiae
condemnatio. Gratis accepistis gratis date. Ego ma
gister & dominus absque pecunia hoc uobis tribui. & uos sine
pecunia date. ne euangelii gratia corrumpatur. XXV.
Nolite possidere aurum neque
argentum. neque pecuniam in honis uestris.
non peram in uia. non duas tunicas. non calciamenta. neque
uirgam in manu. dignus est enim operari cibo suo.
Consequenter haec praecipit euangelizantibus ue
ritatis. Quibus antea dixerat. Gratis accepistis gra
tis date. Si enim sic praedicant ut pecunia non accipi
ant. superflua est. auri argenti nummorumque possessio.
Nam si habuissent aurum argentum. uidebantur non
causa salutis hominum sed causa lucri praedicare.
Neque est in saculis. Qui duas tunicas detruncarat.
propter modum & necessaria uitae amputat. ut apli
doctores uere religionis. quia instruebant omnem
puderem gubnari et ipsos posse. ostendere tem
nichil cogitare de crastino. Non peram in uia.
Ex hoc praecepto arguit philosophos quia uulgo ap
pellantur bactropidi. uel bactroperitae. quod con
tempsorem seculi. Et omnia pro nichilo duc entes cel
larium secum uehebant. Neque duas tunicas. In
duabus tunicis uidetur michi duplex ostende
re uestimentum non quod in locis scythicis & glaciali
nunc rigentibus una quasi tunica debeat esse extrema.
sed quo in tunica uestimentum esse intelligamus. ne alio